Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Sammlung verschiedener theils gedruckter, meistentheils aber ungedruckter Schriften und Nachrichten, so vor und währendem 30jährigen Kriege sind verfertigt worden, und die damaligen Unruhen in ...

Burchard, Philipp

[S.l.], [16. Jh/17.Jh.]

Cippus ad Tumulum Unionis erectus . . . Anuo Aerae Christianae CIO. IOC XXI. Mense Aprili

urn:nbn:de:bsz:31-98962

Visual Library

Cippus
ad
Tumulum Unionis erectus.

Quisquis es, qui transis hac forte viator,
Have sta,
Et quid hic te cippus velit, discito.
Hic situs vel sita sum, quis vel quae ignoro,
Neutrum forsan.
Quid hoc? quaris. Recte sane. Nam a maribus
sine matre in tumultu vano sum prognata,
armis initiata, praelijs dicata, mirum
tamen est, quod susceptores mei
foemineum cor & genus mihi
assignarunt.

Ficta putas? frontemq; trahis? aenigmata Sphyngis
credis? sunt Pythio vera magis tripode.
Me viri Principes Superioris Germaniae ex cerebro
Suspicionis procrearunt, civitates socia ex sacro
fonte magna cum laetitia susceperunt, dif„
fidentiae caecae uberibus nutrierunt, simu„
latione auxerunt, spe per se lubrica edu„
carunt, & cum in aetatis flore mihi ex
blandis civitatum sociarum exu„
vijs dotem constituere
tentassent,

Ecce rapiunt me fata nolentem.

Victor. Monstri quid igitur es? qui vocaris?
Unio. Quibus nota sum, dicor Unio latine, Germanis
meis Union.
Viat: Es ne tu illa potens rerum omnium moderatrix?

Un: Debebam quidem esse, Viator, sed (seu) aut
non procreanda, aut meliori fide eram colenda.
Nunc (vero) flavit velis aura proterva meis

Viat: Eneas me, fave age.

Un: Cum essem in infantia
fui.

Peregrinis admiratio,
Adversarijs terror.
Principibus gloria.
Germanis honor.

Cum essem in pueritia,
fui
In pace & ocio
In quo
Multa pericula sustinui,
Crapula.
Alea.
Gynecao.
Multos feroces hostes fudi,
verbis,
Minis,
Pompa,

Multos epercitus deleri,
Hastiludijs,
Delitijs,
Subditorum exuvijs.

Tandem (seu midi) cum essem in flore ætatis instructissima
Ferocibus equitibus,
& fortibus peditibus.
Ocio marcesco, delitijs enervor, impitia decumbo
Et tandem,
Cum parentes mei se satis ex marsupio susceptorum
meorum ditassent,

MOGŬNTIÆ,

Per Genŭensem genere, parentibŭs meis
Imparem Mercatorem,
SPINOLAM,
Cŭius ego fata, Illŭstrissimis parentibŭs
meis & maximi cordis principibŭs
freta, anticipare satagebam,

peregrinis indignatio,
Adversarijs ludibriŭm,
Principibus Infamia,
Germanorŭm dedecŭs,

ENECOR,

Et Heilbromæ in ipso gremio parentŭm
& Susceptorŭm meorŭm facta sŭm
NON ENS.

Nimirŭm
Solstitialis Herba fŭi, repentè orta sŭm, occidi repentè
Alta cadunt vitijs, virtŭtibŭs infima surgŭnt.

Tu vade Viator;

Narra

Principio Principibŭs

Mari trangŭillo quemlibet naŭtarŭm navem gŭbernare
posse; Ast ŭbi sæva rapitŭr tempestate navis, non
semilixa negs Calone, sed viro & gŭbernatore
gŭi adsit fortŭnæ præsenti & oblata casŭ
flectat ad obsequiŭm, opus esse.

Deinde Popŭlaribŭs

Fastum, adŭlationes,
Imperitiam, temeritatem
Væcordiam, odiŭm intestinŭm
Opinionem potentiæ

Fore

Principum supplicium,
Germanorum exitium,
Dic me suadere populo,
~~A~~nima, qua peccavit, moriatur,
Et
Esse dignum capistro, qui nescit uti Imperio.
O mi viator valeas,
Vivasq; melioribus, quam egomet auspicijs.

Vixi annos XIII. menses III. dies V.
In climacterico obij,
Et dum vixi, vixi bene,
In VINO, NON VI
Justitia fuit mea,
~~A~~nno ~~E~~ra Christiana
CIↃ. IↃC XXI.
Mense ~~A~~prili
Decubui diu, quia lento morbo contabuj.